Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36537
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

aliena. et hoc quia alienos facit adeo.
Ps. filii alieni mentiti sunt m. Paul.
Qui de terra est de terra loquitur. Hec est regi
o longinqua. et dissimilitudinis. ad quam
filius ille prodigus peruenit et ubi dissipauit
omnem substantiam suam. et c. Eug. Adhesit
uni ciuium ciuitatis illius. et c. Sup hanc
terram recubuerunt hii. qui a dno sunt
refecti. Sup terram namque recumbunt.
qui hec secularia. et terrenorum amorem calcant
et sibi subiciunt. In hanc terram misit
dns ignem. Eug. Ignem ueni mittere in
terram. et quid nolo nisi ut ardeat. Item
terra infernalis. dr carnalis uoluptas
terrena conuersatio. que est terra suauitatis
uiuentium. Job. Non inuenitur in terra sua
uiter uiuentium. Ex hac terra. i. uolupta
te carnali. iubetur exire abraham. Gen.
Dixit dns ad abraham. Egredere de terra. et de
cognatione tua. et c. Item terra inferna
lis terrenus intellectus. Ps. Eloquia dni
eloquia casta. hanc terram eruderaue
runt. et extraxerunt ex puteis abra
ham. quos obstruxerant et terra reple
uerant palestini. Gen. Omnes puteos
quos foderant serui patris illius abraham
illo tempore obstruxerunt implentes
humo. Hec terra erudata erat a peccato
ribus apostolorum. apostoli quidem et ipsi principi apostolorum
dicit. Beatus es symon bariona. quia
caro et sanguis non reuelabit tibi. et c. Et de ipso
et aliis dicitur meliglo. Aperuit illis sen
sum ut intelligerent scripturas. Item
terra infernalis dicuntur mali et terreni.
Ps. Dedit uocem suam. et mota est terra.
Hec terra excolenda est et asperitas et tribu
lis peccatorum purganda. Eug. Dimitte
illam et hoc anno ut fodiam circa eam. et c.
Sic excolebat et purgabat eam iohs
fossorio suo cum dicebat. Meug. Geni
mina uiperarum. quis uobis demonstrauit
fugere a uentura ira. et c. De hac terra dicitur
celum et terra transibunt. i. superbia elati
qui designantur per celum. et uicius depressi. qui
per terram. Item terra infernalis dicuntur
pecca. Ps. Cantate dno canticum omnis
terra. i. confitemini ei omnia terrena. scilicet
peccata. De hac terra serpenti dr in gen.
Terram comedes cunctis diebus uite tue.
Item terra infernalis mens reproborum que
spinas uitiorum pullulat. Paul. Terra
enim sup se uenientem bibens ymbrem.
et c. proferens autem spinas et tribulos reproba
est. et maledicto proxima. hec terra inue
nitur implicita mala. scilicet secus uiam. spi
nosa. atque petrosa. Eug. Qui dum seminat
aliud cecidit secus uiam. scilicet in corda
leuia. et conculcatum est. et uenerunt uo

lucres celi. et comederunt illud. aliud ce
cidit inter spinas. scilicet in corda cupida.
et spinis cupiditatum circumsepta. unde et ad
ditur. Simul exorte spine suffocauerunt
illud. Aliud cecidit supra petram. corda
scilicet dura. et ab humore gratie arentia.
unde et additur. Natum aruit. quia non habebat
humorem. Item terra infernalis simulata
humilitas. Job. Loquere terre et responde
bit tibi. In hac terra sedent amici iob. cum
ipso. quia heretici simulant humilitatem
et se ecclesie condescendere. Job. Sederunt
cum eo in terra septem diebus. Item terra in
fernalis specialiter antixpc. Ys. Ve terre
cymbalo alarum que est trans flumina ethyo
pie. que mittit legatos in uasis papiri.
Hec est terra maledicta sterilis et obliuionis
quia obliuiscitur conditionis sue. et conditoris
extollitur sup omne quod dicitur aut quod co
litur ds. Ps. In terra obliuionis perusiet.
Item terra infernalis demones. unde et ydu
mei interpretantur preter lingens sanguinem
uel lingens terram. Hii sunt demones
qui sanguine peccatorum nostrorum delectantur. Terra
etiam infernalis infernus. Job. Antequam ua
dam ad terram tenebrosam. et opertam mortis
caligine. terram miserie et tenebrarum. ubi
umbra mortis et nullus ordo. sed sempiter
nus horror inhabitat. Hec terra omnia flu
mina. i. fluctuantes in mundo absorbet.
Job. Absorbebit eum de loco suo. Apoc.
Diabolus qui seducebat eos missus est in
stagnum ignis et sulphuris. ubi et bestia et
pseudoprophete cruciabuntur die ac nocte
in secula seculorum. Distinguitur tamen breuiter et
dr. Terra quam terimus. terra quam premimus
terra quam gemimus. terra quam credimus. terra
quam querimus. terra quam fugimus. Prima
elementaris. secunda carnalis. tertia mater
ialis. quarta salutaris. quinta celestis. sex
ta infernalis. Prima hoc uisibile ele
mentum. secunda caro nostra. tertia mens hu
mana. quarta uirgo maria. quinta celes
tis patria. sexta inextinguibilis gehenna.
De prima. Gen. Formauit igitur dns hominem
de limo terre. De secunda gen. Donec reuer
taris in terram de qua sumptus es. De tertia
psalm. Anima mea sicut terra sine aqua
tibi. De quarta ysaias. Aperiatur terra et ger
minet saluatorem. De quinta ps. Credo
uidere bona dni in terra uiuentium. Apoc.
Fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes.
et regnabunt sup terram. De sexta iob.
Terram miserie et tenebrarum et c. Pri
ma dr a terendo. quia teritur pedibus ani
mantium. Gen. Sit tremor uester sup cunc
ta animantia terre. Secunda terra dr a te
hendo. quia delectatione tenet nos ad